FK 32a, 25
1706
Za 55

SUPREMÆ OBSERVANTIÆ
TESSERAM
IN
AMPLISSIMO FUNERE
VIRI

# ILLUSTRIS
# DNI. CHRISTIANI
# DIETERICI ACKENHUSEN

POTENTISSIMI BORUSSORUM REGIS CONSILIARII AULICI SPLENDIDISSIMI,
ET REIP: MAGDEBURGENSIS PRÆSIDIS GRAVISSIMI
VI CAL. JUN: HOR: VI. VESP. AO. CIↃIↃCCVI. PLACIDISSIME
DEFUNCTI, ATQVE
III. NON JUN: IN AEDE S. JOH. EVANGEL.
QVA FIERI DEBEBAT RATIONE
CONDITI,
LUGENS OFFEREBAT

## GYMNASIUM MAGDEBURGENSE

TYPIS MULLERIANIS

1893/4 G 2805
UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HALLE (SAALE)
BIBLIOTHECA PONICKAVIANA
A. d. Bibliothek des Thüring.-Sächs. Geschichtsvereins.
Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-846135-p0001-4

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-846135-p0002-9

O Chara Parthenopolis! mea & mater,
O Te beatam! ni quod omen infauſtum
Portendat *Atlantis* tui gravis caſus!
*Amplisſimus Patrum* beatus eſt *Ordo*,
*Antistitum ſacer* beatior *cœtus*,
Felicior ſed ludus iſte Muſarum,
Qvin pauperes beatiore fortuna,
*Atlante* vivo, *Pollione*, quo majus
Nullum bonum dediſſe qviverat *Numen.*
Heu! morte, Parthenopolis, *Viri Tanti*
Es orba, cives & tui ſuum Fatum
Lugent, dolore tota nunc adimpleris,
Omnesque, qveis datum eſt *Eum Virum* noſſe,
Hoc ſentiunt vulnus, dolentque fortunam
Suam, decus fulcrumque condier ſaxo!
Putantque, qvod triſte eſt & horridum dictu,
*Virtute natum, neſcium mori*, *jure*!
Heu! qvanta ſed periere dona virtutum,
Labore partarum! Scientiæ qvævis
Abſconditae! peritia & ſacri Juris
Omnis! Sophorum Græciæ & Latinorum
Demoſthenis cum Tullii & Stagiritæ
Jſocratis ſvavis, leporibus captus,
Sciebat omnes, qvin Maronis & Flacci,
Et cæterûm, qvos Græcia & vetus Roma
Mirata qvondam eſt, ſcripta calluit pulchre.
Mirum! nec unqvam oblitus eſt ſua in vita.
Qvid? qvod gravis ſermone ſcivit Hiſpanus,
Orisqve blandi Gallus, & ſua Tuſcus
Lingua ſuperbus, Anglus & potens Belga

Dul-

FK 2a 55
X 3420771
VD 18

Dulciſſimo ſermone, duxit hoc laudi
Sibi futurum ſcire, maxima & parva.
Nec hoc ſatis, vidiſſe ſingulas terras.
Orbis politioris. Hoc opus dignum
*Tali Viro*, nec non, *Potentibus* gratum
*Rerum arbitris* fuiſſe, laus erat major.
Hinc clarus exſtitit, per ora multorum
Dum viveret volabat, & ſiet corpus
Demortuum, laudes tamen perennabunt.
Virtutis hisce dotibus diu notus
Præeminebat, lenta ceu ſolent inter
Viburna palmae, fulgido & ſuo vultu
Sol relliqvas ut vincit aet heris luces.
Post, ut ſolum natale *EO* frui cœpit,
Et templa, curiam, ſcholamqve Muſarum,
Et civitatis atqve pauperum rara
Fide tueri res, *EI* voluptates
Fuere, ſcenam ad ultimam theatralem
Vitae fugacis. Mitis, & clientela
Bonos ſua dignarier lubens, ſvetus
Ut nemini fuerit ab ædibus ſanctis
Unqvam dolore, vel levi, recedendum.
Optabat ergo qvilibet, diu humanis
Ut intereſſet rebus, ad polum ſerus
Reverteretur, a Deo datus terris.
Sed heu! cito nobis ademit *Hunc* letho
Jehovah in ira, ne fruantur ingrati
Tanto bono diutius, licet vellent.
Quare, *qvieſcas hospes in polo chare,*
*Illuſtris, ac beate Vir, Tuum Nomen*
*Manebit usque, Magdeburga dum stabit.*
*Odore Paestanas roſas prius caltha*
*Vincet ſuo, qvam posteri celebrare*
*Te deſinent, laudes Tuasque cantare!*

FK 32a, 25
1706
Za 55

SUPREMÆ OBSERVANTIÆ

TESSERAM

IN

AMPLISSIMO FUNERE

VIRI

# ILLUSTRIS

# DNI. CHRISTIANI

DIETERICI ACKENHUSEN

…SIMI BORUSSORUM REGIS CON-

…LIARII AULICI SPLENDIDISSIMI,

…DEBURGENSIS PRÆSIDIS GRAVISSIMI

…N: HOR: VI. VESP. AO. CIƆIƆCCVI. PLACIDISSIME

DEFUNCTI, ATQVE

…NON JUN: IN AEDE S. JOH. EVANGEL.

QVA FIERI DEBEBAT RATIONE

CONDITI,

LUGENS OFFEREBAT

…SIUM MAGDEBURGENSE

---

TYPIS MULLERIANIS

1893/4 G 2805
UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HALLE (SAALE)
…IOTHECA …ECAVIANA
A. d. Bibliothek des Thüring.-Sächs. Geschichtsvereins.
Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-846135-p0005-6